UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Sanctvario Lavretano Almæ Virginis Domo Relatio

Bartoli, Baldassare

Macerata, 1675

Cap. XX. De annuis prouentibus, & sumptibus Sanctæ Domus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64934

Visual Library

De annuis prouentibus, & ſumptibus SanEtæ Domus.

Cap. XX.

E Cenſibus, elocationibus, frugibus, piiſque liberalitatibus colliguntur prouentus, qui numerata pecunia in Arcam nũmariam, ſegetibuſque cuiuſcunquè generis in horrea delatis, ad viginti ſeptem, vel octo ſcutorum millia de moneta Romana ſupputantur: Sumptus autem triginta octo, vel nouem millia quandoque excedunt, & pro rata annuatim impertiuntur.

Epiſcopo, qui Eccleſiæ Recinetenſi quoque preeſt. Scuta argentea.	ſc. 800
Præſidi.	ſc. 1200
Capitulo, & Clero numeratim	ſc. 6310
Pœnitentiarijs, Cœnobitis, & Illyrico Collegio	ſc. 4490
Capellanis Almæ Domus, demptis Cœnobitis	ſc. 2304
Summa	15104

Retroſcripta computatio ſc. 15104

Clericis vtriuſque normę, & famulantibus. ſc. 810

Muſici. ſc. 1650

Tribuno Militum. ſc. 300

Adminiſtris, & famulis. ſc. 4560

Pro pane, vinoque impertiẽdo pro rata Capitulo, Clero, Cuſtodibus, Muſicis, Adminiſtris, & famulis. ſc. 4050

Pro inopum Sacerdotum Triclinio, nec non pro pane, ac vino, quo ad ſingulos dies tam mane, quàm veſperæ ægeni ſubleuãtur Peregrini. ſc. 900

Pro Hoſpitali, & Officina Aromataria. ſc. 1750

Pro Sacelli, Templique ceris ad quatuordecim mille libellas computatis circiter. ſc. 3220

Pro oleo ad vſum Sanctuarij moduli centum quinquaginta, alijque centum viginti quinque ad vſum Palatij, Muſicorum, & Famulorũ. ſc. 420

Pro ſuppellectilium, carbaſarumqua reparatione. ſc. 200

Summa 32964

Retro-

Retroſcripta computario ſc. 32964

Pro lignis conflagrandis, demptis vtrique Collegio, Cœnobitis, & Hoſpitali attributis, nec non pro carbonibus. ſc. 850

Pro domicilijs, quæ Eccleſiæ inſeruientibus, Miniſtris, & famulis impertiuntur. ſc. 750

Pro aruorum cultura, ædificationibus, inſtaurationibus, & Officinis. ſc. 3640

Pro Equilis frugibus. ſc. 280

Pro expenſis præter ordinem. ſc. 150

Summa 38634

Ex his patet, ſumptus ſuperemi-nere prouentus vltra decem ſcutorum millia. Cœterum hanc Sacræ Domus indigentiam reficiunt piæ fidelium liberalitates, quæ ad dies à Peregrinis, & Confluentibus inſeruntur in Arculas, in Æde Sacra exiſtentes; hæ multiplici ſera Occluſæ, bis in anno ſtatuta die Diui Ioannis Baptiſtæ vigeſima quarta Iunij, & Ioannis Euangeliſtæ 27. Decembris

referantur, ſingulis vicibus peculiari cum Diplomate Summi Antiſtitis ex iam comprobata Sanctione Iulij II. ritu publico, vt Præſes cum Senatu, Canonicis, Cuſtodibus, Rectore Pœnitentiario, & Capuccinorum Guardiano ſemper interſit, ac publicè numerata pecunia à Depoſitario Almæ Domus aſſeruatur, & de mandato Præſidis, quantum opus erit, erogatur. Sicque fœcunda Parens ſuos alit ſacros, laicoſque miniſtros, nec non alios mercede conductos &c.

De Vrbe, ac Regione Lauretana.

Cap. XXI.

PRope Adriatica littora Piceno in Agro, apricoque Colle Italiæ ſitum eſt Lauretum, cuius Regio trans Appenninum inter Iſauri, ac Truenti Flumina à Septemtrione ad Auſtrum extenditur. A Pico Saturni filio ſic dicta fuit, eo nam Duce, Sabini Aſculum commigrati, & conſtituta inibi Sede, Piceni nun-

cupati